



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XLI. Ad Marcellam. Vt absentiam corporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

tibus obsideri. Verùm quia hoc mea fecerit delicta, ne consortio Beatorum infereretur obsessum omni crimine caput, idcirco obsecro (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me existius sæculi tenebris vestro liberetis oratu. Et ut antea dixeram præfens, & nunc per literas votum indicare non cesso, quod mens mea omni ad id studium cupiditate rapiatur. Nunc vestrum est, ut voluntatem sequatur effectus: meum est, ut velim: obsecrationum vestrarum est, ut quod velim & possim. Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrans ovis: quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit, lababunt gressus, & in ipso conamine vestigia concident assurgentis. Ego sum ille prodigus filius, qui omniam quam mihi pater crediderat, portione profusam, necdum me ad genitoris genua submisit: necdum coepi prioris à me luxuriæ blandimenta depellere. Et quia paululum non tam desivi à vitijs, quam coepi velle desinere, nunc me novis diabolus ligat retibus, nunc nova impedimenta proponens, maria undique circumdat, & undique pontum: nunc in medio constitutus elemento, nec regredi valeo, nec progredi possum. Superest, ut oratu vestro sancti Spiritus aura me provehat, & ad portum optati litoris prosequatur.

*Humilis
confessio,*

Matt. 18.

Luc. 15.

XLl. Hieronymus Marcella. Per jocum piè interpretatur Xeniola missa sibi, tum Paula, & hujus filia à Marcella.

VT absentiam corporum spiritus confabulatione solemur, facit unusquisque quod prævalet.

D 5

valet.

*Velata
virgines.*

Matt. 15.

Pf. 22.

* offeri-
mus.

* eventi-
landa.

Eccles. 10

valet. Vos dona transmittitis : nos epistolas
mittimus gratiarum. Ita tamen, ut quia vela-
rum virginum munus est, aliqua in ipsis munifi-
lis esse mysteria demonstramus. Saccus orationis
signum atque jejuniij est. Sella, ut foras pedes
non moveat. Cerei, ut accenso lumine spe-
cietur adventus. Calices, mortificatione
carnis ostendunt, & semper animum ad ma-
riū preparatum. Calix quippe Domini
brians quam præclarus est? Quod autem & ma-
tronis* offertis muscaria parva, parvis anima-
bus* ventilandis, elegans significatio est, debet
luxuriam citò restringi, quia muscæ morituræ
olei suavitatem exterminant. Hic typus sit virgi-
num, hæc figura matronarum: in perversum
ceter, munera vestra convenient. Sedere aptum
otiosis, in sacco jacere pœnitentibus, calices ha-
bere potantibus. Licet & propter nocturnos ma-
tus, & animos semper malo conscientia formi-
dantes, cereos quoque accendisse gratum sit.

*XLII. Hieronymus Algasia. Initium est responsionis
ad quæstiones, quas Algasia miserat explican-
das, ejusq; pium studium laudat.*

Pf. 44.

Filius meus Apodemius, qui interpretationem
nominis sui, longâ ad nos veniēs navigatione
signavit, & de Oceanilittore, atque ultimis Gal-
liarum finibus, Româ præteritâ, quæsitit Bethle-
hem: ut inveniret in ea cœlestem panem, & satu-
ratus eructaret in Domino, ac diceret: Eructavit
cor meum verbum bonum, dico ego opera mea
regi: detulit mihi in parva schedula maxime
quæ-